

*maximæ hominum partis, funditus tollunt Calviniani, dum docent illam à Deo absoluto decreto neglectam, neq; pro illa Christum esse mortuum, neq; Christum illi datum.*

29. *Ad quid enim prodest illis doctrinã de pœnitentiã tradi, nisi Deum, quod dictu horrendum, hypocritam & simulatorem facere velimus.*

30. *Cùm Apologia dicit prædicationis Evangelii summam esse, arguere peccata & offerre remissionem peccatorum & iustitiam propter Christum, accipit vocabulum Evangelii in latiori, non autem in propria significatione. Alioqui eandem vocem propriè usurpat cùm Evangelium legi opponit.*

### ARTICULUS XIII.

#### DE USU SACRAMENTORUM.

1. *Articulo 13. Confessores sanam de usu Sacramentorum doctrinam exponunt. Qui articulus constat thesi & antithesi.*

2. *Thesis ita habet: De usu Sacramentorum docent, quòd Sacramenta instituta sint, non modò ut sint notæ Professionis inter homines, sed magis ut sint signa & testimonia voluntatis Dei*

Dei